

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Contricio g
cum fonte primo

Gemitus dictus est geminatus luctus
quem merito fideles appetunt
quoniam diligentes consolatur,
penitentes emundat, dyabolum fugat,
Christo conciliat; amaritudo dulcis,
lacrimae felices, salutaris afflictio.

Cassiodorus super Psalmum VI.:
Laboraui in gemitu meo.

Gemitus enim dictus est geminatus luctus.
Quem merito fideles appetunt,
quoniam lugentes consolatur,
paenitentes emundat, dyabolum fugat,
Christo conciliat: amaritudo dulcis,
lacrimae felices, salutaris afflictio!

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 6.7
(CCSL 97, M.Adriaen ed., p.76, ll.215-218).